



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 79. Regis statuta pro Aulæ suæ emendatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

§. LXXIX.

*Regis statuta pro Aulæ suæ emendatione.*

*Thm. l. 80.* Postea Rex ex Matris suæ consilio plura condebat statuta, ut multis abusibus in aula sua grassantibus obicem poneret, præprimis vero legem condidit, qua cunctæ pejerationes in Deum, & Blæphemiæ contra res sacras severe prohibebantur, atque omnes ad Episcopatus, ac cœnobia nominationes juxta Blæsenium comitiorum decretum reformabantur: reservationes vero, cum illæ mortis captandæ, aut sæpe accelerandæ votum inducant, revocabantur: insuper equitatus, qui ex nobilitate conflari solitus erat, ad antiquam disciplinam instauratus erat, & cauſarum a tribunalibus ordinariis evocationes in posterum vetabantur, nec minus rixæ in regio hospitio prohibebantur, earumque cognitio ad Regni curias remittebatur, ut de iis juxta constitutionem, quam de nobilium hujusmodi contentionibus Rex promulgaturus est, pronuntiaretur. Præterea interdictum, ne quis ex regiis domesticis ab aliis, seu Principibus, sive quibuslibet stipendum accipiat, imo ne quis etiam, excepta Regina parente, & Regina tunc regnante, pro gratia alteri impetranda

inter-

intercedat, sed omnes a mera Princi- Sæcul.XVI.  
pis voluntate gratiam expectent: in A.C.1584.  
super Consistoriales dies consilio pri-  
vato, regio Senatui, necnon Curiæ,  
in qua de Regni ærariis ageretur, per  
singulas hebdomades designabantur,  
quibus intererant triginta tres Senato-  
res, Ecclesiastici sex, & togati toti-  
dem, viri vero militares unus, &  
viginti.

Denique Rex, cum absque fanguini-  
nis effusione hærefes exterminare sta-  
tueret, dignitates, atque officia non-  
nisi Catholicis conferri voluit, ac stu-  
diose remissum affectum erga Calvini-  
starum Filios aulam accedentes de-  
monstrabat, ut hac ratione illos ad am-  
pleteendam veram Religionem induce-  
ret: verum inconstans hujus Principis  
animus, quem in exequendis adeo fa-  
lutaribus hisce statutis exhibebat, eum  
nonnisi majori vilipensioni exponebat.

§. LXXX.

*Bituricense Concilium Provinciale.*

Franciæ Episcopi cum Henricum Re- Spond. hoc  
gem ad acceptandum, ac promul- ann. n. 5.  
gandum Concilium Tridentinum im- Labb. Col-  
pellere haud possent, quantumvis jam tom. 15.  
per viginti omnino annos nulli labori pag. 1068.  
parcerent, hinc saltem frequenter ad-  
modum provinciales celebrabant Sy-

K 4 nodos,